

non multi potentes non multi nobiles : sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes : & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia & ignobilia mundi. & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt, ut ea, quæ sunt, obliteraret.

Ideo Paulus propagationem Evangelii, summi miraculi loco publicè celebrat.

1. Tim. 3. 16. Citra controversiam magnum est pietatis mysterium : Deus est manifestatus in carne, justificatus in spiritu, apparuit angelis, prædicatus est gentibus, **CREDITVS EST IN MUNDO**, assumptus est in gloria.

VIII.
Prophano-
rum Autho-
rum testi-
monia.

Quibus omnibus accedit, quòd non tantùm heretici, communiter, Scripturæ Authoritatem magnam concedunt : Sed ipsi quoque Prophani Scriptores, de miraculis atq; historiis sacris, crebram mentionem faciunt. Adeoq; Mahumet etiam, sui Alcorani impietatibus multa ex Scriptura sacra admiscuit. Quæ res non leve certè & antiquitatis & certitudinis momentum, Scripturæ sacre conciliat.

Sed esto, certa sit Scripturæ sacre Authoritas : quis est tamen ejus usus : dicunt enim Schvenckfeldiani, non mortuæ literæ inhærendum : sed expectandum revelationes cœlestes.

Scripturæ S.
virtus & ef-
ficacia.

Christus & Apostoli non ad ambiguas revelationes, sed ad Scripturam sacram nos remittunt.

Luc. 16. 29. Habent Moysen & Prophetas, illos audiant. Et mox : Si Moysen & Prophetas non audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Ioh. 5.

DE
Ioh. 5. 5
tatis in ip
qua testim
Ibid. 7
mibi, de
ris non cr
Ioh. 2
Iesus est
tam hab
1. Tim
NI, e
Eph
na, se
super
(sed) su
phetar
2. P
sermon
cerna
cescat
Et
lio im
in Co
min
a

tas
ve
Do
per